



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Christophorus tituli Sancti Marci Cardinalis Vidman.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

79

**Christophorus tituli Sancti Marci Cardinalis**  
*sub Vidman. sub 150*

**B**eatissime Pater: Beati Thomae de Villanova, Archiepiscopi Valentiae, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Canonizationem, hucusque crebris Congregationibus protractam, iustis de causis absoluendam censeo.

Prætereo, quod in ornata huius Angelicæ Animæ omnes tam Cardinales, quam Thcologales consensere virtutes; ex ijs tamen Charitas, & Fortitudo, lucidius apparuere: Illa, non tantum in subleuandis pauperum miserijs; verum etiam eorumdem secretis necessitatibus cum profusione paternæ substantiæ spontè occurrendo; Ista, Episcopale onus alacriter ferendo, inflexibili præcipue animi robore contra Rectores Mundi pro libertate Ecclesiastica, assiduè etiam audiendi labore, cum noctu dieque populorum querelis pateret aditus, ut auditas summa cum pietate, & iustitia componeret.

Talibus igitur ornatum meritis, atquè alijs animi dotibus insignem, miraculis præterea, & in vita, & in morte illustrem, Sanctorum factis iure merito adscribendum censeo.

**Aloysius tituli Sancti Alexij Card. Homodeus.**

**O**mnipotentis Dei consilio, qui adiutor est in opportunitibus, pro conditione temporum, Sanctorum virtutes imitandæ proponuntur. Agitur in præsentia, de Beato Thoma de Villanova Sanctorum factis adscribendo, & opportunè; nam summa ipsius pietas in subditis audiendis, tuendis, iuuandis: sancta in pauperes prodigalitas: pastoralis in regenda, tuendaque Ecclesia solicitude, ac constantia: cæterarum denique virtutum excellētia: miraculorum gloria coruscans, & Apostolica discussione probata, præsentis sæculi restaurant infirmitatem, & accendunt fidelium gregem, præcipue vero religiosam, & Ecclesiasticum Ordinem, ut maiori studio tantum virtutum apicem attingere conitantur. Summam igitur huius temporis veilitatem, & illustre Sanctitatis Vestræ decus esse censeo, si Beatus Thomas inter Santos relatus, vniuersæ Ecclesiæ venerandus proponatur.

Ia-